



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 4. Suer, Tyrannus Norwegiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

Secul. XII. lemnes Ritus omisisset, Papa ex sua Dio-
A C. 1198. cesi, quoad viveret, relegavit.

§. IV.

Suer, *Tyrannus Norvegiae.*

Saxo Gram. Annis abhinc aliquot Regnum Norwe-
Lib. 14. p. 311. giae sub Tyrannide gemebat cuius-
 dam Presbyteri Apostatae, Suer dicti,
 qui Principatum consecutus fuerat. Is
 fabri ferrarii filius, contra Canones or-
 dinatus, & aliquamdiu in alia provincia
 Sacerdotis munere functus, inde in Nor-
 wegiam migravit, cultu militari ince-
 dens. Ibi cum aliquando ex acie su-
 gientium agmen conspexisset, subito
 consilio Ducis officium arripiens, in-
 gruentes Victores repulit. Ut obsec-
 ros natales dissimularet, filius Sivardi
 ex amica genitus, atque Haraldi Hy-
 berni nepos credi volebat, sibique ipsi
 nomen Magni tribuebat. Norwegiam
 misere depopulabatur, opprimebat Ec-
 clesias, Clericos vexabat, conterebat
 pauperes, Optimates lacessebat. Ut
 vero auctoritatem apud populum sibi
 conciliaret, affirmare audebat, Regnum
 a Cœlestino Papa sibi fuisse confirma-
 tum, atque ut id demonstraret, exhibe-
 bat sigillum spurium, quod compluri-
 bus literis, Papalibus scilicet, subje-
 rat. His dolis ad Innocentium Papam
 dela-

delatis, datis literis ad Archiepiscopum Sæcul. XII.

Nidrosiensem, omnesque Episcopos Præ- A.C. 1198.

sulesque Norwegiæ mandavit; cunctos 1. ep. 382.

Suer istius sectatores excommunicarent,

& totam regionem, ei parentem, Inter-

dicto constringerent. Quibus subjun-

xit: *Scire vos oportet, bujus hominis*

Nuncios, cum in conspectum nostrum ve-

nissent, nihil penitus obtinuisse. Qua-

re si aliquid a se impetratum jaicitent,

literas habent confictas a Falsariis, quo-

rum non exiguum esse numerum initio

Pontificatus nostri deprehendimus. Hæc

Epistola sexta Octobris anno millesimo

centesimo nonagesimo octavo data. Si-

mul Papa Regibus Daniæ & Sueciæ scri-

psit, exhortans; Suer Tyranno arma Ep. 383.

inferrent, & Ecclesiæ populisque op-

pressis succurrerent. Privatam quoque

ad Archiepiscopum dedit Epistolam,

laudans ejus constantiam, qua Tyranno

forte peccatus objecisset, & præcipiens;

Episcopum Bergensem Suffraganeum

suum ab officio Sacerdotali suspenderet,

qui scelestum grassatorem ad castra

proficiscentem secutus, ipso præsente

Mysteria Divina celebraverat.

Haud diu post Innocentius Papa Pri-

matum Urbis Lundensis, quæ tunc Da-

niæ caput erat, confirmavit. Hujus *Sup. Lib.*

Ecclesiæ fundamenta Hadrianus IV. cum LXIX. §. 50

in illa Regione cum Legati Cardinalis Sax. lib. 14.

I i 5 potesta. p. 238.

Sæcul. XII. potestate versaretur, jecerat. Eam dein.
A.C. 1198. de Summi Pontificatus fastigium ad-
 p[ro]pt[er]us erexerat, & constituerat, ut Archi-
 episcopus Lundensis Archiepiscopum
 Sueciæ, nempe Upsaliæ ordinaret, eique
 Romani Pontificis nomine Pallium tra-
 deret. Vi hujus Legis Stephanus Ar-
 chiepiscopus Upsaliæ ab Esquilio Archi-
 episcopo Lundensi Senonibus, Alexan-
 dro III. Papa præsente, consecratus fue-
 rat. Tum Joannes & Petrus, Stephani
 successores ab Absolone Esquilii suc-
 cessore ordinati, & Primatus a Romanis
 Pontificibus Alexandro, Lucio, Urbano,
 Clemente & Cœlestino III. confirmatus.
 Itaque idem privilegium Innocentius
 Papa, data Bulla vigesima tertia Novem-
 bris anno millesimo centesimo nonage-
 simo octavo, atque ad Absolonem Ar-
 chiepiscopum Lundensem directa, ro-
 boravit.

§. V.

Pacta Pontificis & Reginæ Siciliæ.
 Anselmus Archiepiscopus Neapolita-
 nus & Aimericus Archidiaconus Sy-
 racusanus, cum viris Magistratu conspi-
 cuis, ab Imperatrice Constantia Romam
 missi, longo & difficulti negotio tandem
 obtinuerunt, ut Papa Reginæ ejusque
 filio Siciliæ Investituram concederet, qui
 Cardinalem Octavianum, Episcopum
 Ostien-

Gest. n. 21.